

ex manipulis illis me expunxerim. Cui ego iam græcere spondi, sed literæ apud me asseruantur inopia & raritate, aut etiam defectu tabellariorum, qui nulli commeant hoc tempore. Is plurimum oravit me, ut eum apud te purgarē quod non rescribit literis tuis. Ex quo coniūcio eum mox ad te scripturum. Literas ad te ut mittere, nec causa erat, nec occasio. Latine em magna ex parte non scriptæ sunt: & uerebar ne intercederent, cum in urbe non esses. Vale, quoniam sonitu tintinabulorum ad sacra uocabar. In Marliano nostro, die festo diuino Michaëli. Verum heus tu caue posthac cū scripsero, ne tu omittas uxori me tuæ, & utriq; filiæ salutē à me dicere, etiā si oblitus fuero. Saluta Berardum siquando te inuiset, & tuuu, meumq; Br̄xiūm, quē tamen raro nunc te uisere autumo.

GVLIELMVS BVDAEVS IOAN
NI PICARTO S.

Dam mihi hoc persuasi, tam occupatū esse me non posse, ut tibi feriatū esse, omniumq; horarum amicū non necesse sit. Itaq; etsi literis necessarijs distentus eram, tamen cum tuas sub horam cœnæ nunc acceperim plenas humanitatis, officij mei esse duxi hoc q̄q; epistolium scribere: quasi accessionē ei^o epistolę quam dudū, id est nudius tertii accepisti. Præsertim cū tribus tuis epistolis, paucis diebus mihi redditis, paria facere nō potuerim una eadēq; medio cri epistola. Sed quæ tua est æquitas, facilē ipse mihi uenīā à te pmittere possum, si iustas tibi uices huius officij nō re pēdo. Nosti emq; mihi multis scribēdū sit, q̄ sim lectioni deditus. Deniq; operā à me cōdīctā in alia re, nō nesci⁹ es. Cui cū iþi accingi meditarer, iamq; tractare chartas, stilūq; exacuere cōpissem, fasciculus à te mihi lītarū reddit⁹ est, q̄ sesquihorā exemit: quātā scilicet tēporis intercapelinē in-

tercipere à uespertinis precationibus ad cœnā dātū erat.
 Cum autem is qui literas attulit, matutino discessurus sit,
 & lucubrare à cœna non solitus sim, nunc Germani Bri-
 xi literis non respondebo, uiri cum primis utraq̄ lingua
 docti & elegantis. Et est id argumentum literarum, quod
 totum hominem, priuatamq̄ sibi commētat iunculam po-
 scat. Nec enim ut in tuis & fratribus, sic in eius literis ludis
 cra res agitur: ut qui commonefaciendum me duxerit rei
 ita ad me pertinentis, nihil ut præuertendum ei meditatio-
 ni, actioniç habeā, si de me, animoç meo mereri optime
 commodissimeç uelim. Quocirca gratissimam mihi rem
 feceris, si ita cum eo egeris, ut intelligat quamobrem lite-
 ris eius non rescripserim: interimq̄ salutem illi hoc episto-
 lio dices, si ita occursus uester tulerit. Vale. E Marliano
 nostro. Calendis Aprilis, & Palmaribus.

GVLIELMVS BVDAEVS N. P. SAL.

MUltum te amo de ingenio nouo, quod tibi
 iam induisse te video. Macte ista eleganti,
 urbanaç comitate esto, ista obseruantia ho-
 minum qui omnia proborum causa, uirtu-
 tisç cupiunt. Dabo te mihi certe propediē
 in eam disciplinam, si urbem repetiuero, ut
 saltem rudimenta huius artificij discam. Nunquam te su-
 spicatus sum mente quoque tam uersatili fore: nam inge-
 nium iandiu percognitum habebam, quatenus quidē cer-
 te innotescere homo homini potest. Enim uero gratulor ti-
 bi recentem uillæ amplæ accessionem, cuius nomine atq̄
 om̄ine festiuo oblectatum te esse oportet, augurioç ani-
 mi certo, ampioç exhilaratum. Nunc intelligo quantum
 hunc meum fundū contemnas & nihil facias, præ illa tua
 uilla lauta sanè & magnifica. Puto etiam opimam illam
 tuam